

968.

DISSE^{1728/6}RATI⁶O IN AVGVRALIS JVRIDICA
DE CREDITORIBVS
CONCVRSVI
CREDITORVM
NON
IMMISCENDIS

QVAM,
DIVINA ADJVVANTE GRATIA
SVB PRÆSIDIO
EXCELLENTISSIMI VIRI
AVGVSTINI LEYSERI
IN AVLIS BRVNSVICENSIBVS ET LVNE-
BVRGICIS CONSILIARI, IN TRIBVNALI
GVELPHERBYTANO ADSESSORIS, IN ACADEMIA JVLIA
JRECONSULTI

PRO PRIVILEGIIS DOCTORIS
CONSEQUENDIS

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
JOH. MELCH. HOFMEISTER
HILDESIENSIS
AVTOR RESPONSVRVS
AD DIEM XXII. DECEMBER. MDCCXXVIII.
HORA LOCOQUE SOLITIS
IN JVLEO MAJORI.

HELMSTADII,
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII, ACAD. TYPOGR.

DIESE EDITION INNENGRÄTS AEDICIA
DE
CREDITORAS
CONVARSI
CREDITORVM
IMMIGRANTIS
DIVINA DEDICATA
TUS SE SARTA
EXORTITISSIMA
IN ALIAS HINC OBLIVIONIS
PARVITIS CONSTITUTA IN TRIBUNAL
S. QUITIUS NO. 702. 800. 800. 800.
PRO PRIMIS DOCTORIBVS
CONVENTUS
TURCO SPANISH LEXAMIN SATUR
JOH. MELCH. HOMMISTR
YACOB RASTOCVANVS
VD DIES XII DECEMBER MDCCXXVII
IN SANCTE MARIA
HELMSTRAD
TURCO SPANISH LEXAMIN SATUR
HOM. 7000. 8000. 8000.



LECTORI BENEVOLO SALVTEM!



I ea esset semper debitorum conditio ac natura, ut pacis suis starent atque promissi, nunquam opus foret creditoribus debita sua mediante judicis officio exigere, suosque debitores ad solutionem compellere. Quoties itaque hoc contingit, toties oriuntur infinitæ varieque lites & controversiae, non solum inter debitorem & ejus creditores, verum etiam inter ipsos debitoris credidores de prælatione & prioritate disceptantes, ita ut suo tempore Daniel Möller ad Constitution. Elector. Saxon. P. I. constit. 28. n. i. conquestus fuerit, iisdem non dari

a 2

alias

(26)

alias frequentiores, & in Curiis Germaniae tam familiares esse, quam in prandio obsonium, ut Ventura de Valent. dicere fuit solitus. Nullam vero materiam difficultorem in judicis ventilari, quam si moto concursu de prioritate creditorum sit disceptandum, recte statuit & existimat Carpz. P. I. decis. 54. n. 1. & P. III. dec. 277. n. 2. & 3. cum nimirum varia dentur pralationis jura & multiplicita creditoribus competant prioritatis privilegia, quibus non exiguum diversae juris civilis & statutariorum, diversaeque collegiorum juridicorum atque Doctorum opiniones adjiciunt difficultatem. Præterea hinc difficultatibus accedit, uti prob dolor! quotidiana testatur experientia, processus concursus creditorum in multos saepenumero annos protrahi, actaque maximam in molem cumulari, indeque fieri, ut exbauta substantia, nihil, aut parum pauperibus debitoribus, imo & creditoribus relinquatur. Constat nimirum inter omnes, eo non raro prævatis procedere complures non minus iudicum, quam ad vocatorum, ut nihil non undiqueque ad creditores debitoresque defatigandos atque ad incitas redigendos congerant & corrabant. Hodie hoc facilius fieri posse a judicibus, auri fame ducitis, nemo inficias ibit, ut pote in quorum prædam non raro cedunt processus concursus creditorum, quorumque interest, propter sporulas, tales processus protrahi. Neque hanc duntaxat causas avide suscipiunt, magisquam involvunt quam evolvunt, sed quidam multarum sporularum feraces tam præfictæ frontis sunt, ut abjecta omni verecundia illos processus promoveant. Sunt quoque inter advocatos, qui sub specioso curatoris titulo nihil agentes ex massa concursus stipi salario sibi depositunt. Convolutibus itaque judicibus

(20)

bus atque advocatis vulturum instar, tanquam in prædam substantia debitoris diripitur, litesque tam diu ducentur, donec exhaustis facultatibus creditores fraudibus cirennscripti, secum suum tuum temporisque, tum debitorum facturam fecisse sentiant atque deplorent, nihil superesse, quo tot tantæque curæ ac vigilie redimantur. Quæ cum ita sint, sane optandum eset, ut huic nequitia obex poneretur, & tales processus omnimodo abolerentur locoque eorum alius modus procedendi introduceretur, aut ad minimum sportularum, quibus pascuntur judices curatoresque litis, modus refrenaretur, & aliunde labor illorum compensaretur. Possent hoc, si modo serio vellent, hi, qui ad reipublicæ gubernacula sedent. Id quod sapientissimo Amstelodamensem exemploprobabo, quorum optima instituta verbis Consulis Kerdans les Remarques nécessaires pour ceux, qui ont dessein de voyager en Hollande p. 152. seqq. describam: Les banqueroutes frauduleuses sont moins communes en Hollande qu'en Angleterre, où c'est assez l'usage de quitter une vie penible & laborieuse, pour s'en aller vivre à son aise aux dépens de ses Crédanciers. La raison de cette différence est qu'on les traite en Hollande avec plus de sévérité que chez nous. Mais aussi ceux qui tombent en décadence par des pertes inévitables, & par des accidens qu'ils n'ont pu prévenir, trouvent bien plus de facilité à faire leur accord avec les Crédanciers, qu'ils n'en auroient par les coutumes ou Loix d'Angleterre. Car pour dire la vérité, l'exécution de non Statuts fait souvent autant de tort au Crédancier qu'au Debiteur, par la longueur & par les frais des procédures, tellement qu'après avoir payé les salaires des

Commissaires & les casuels, bien des fois le Cr  ancier perd sa depte, & l'infortun   Debiteur est ri  un      jama  is. C'est pourquoi je vais d  crire la methode qu' on suit    Amsterdam dans le cas de Banqueroute. Tous les ans le Magistrat d' Amsterdam nomme des Commissaires pour les banqueroutes, & en forme un Collage. Ces Juges s'assemblent en certains jours de la se  maine dans une chambre particuli  re de l'H  tel de Ville, sur la porte de laquelle la fortune est repr  sent  e en marbre, ail  e, s'engoufrent, & ayant autour d'elle des coffres renvers  s, o  t des rats & des souris mangent des sacs, des plumes, des ´ crittoires, & des papiers. C'est l   que ces Commissaires reçoivent les Requ  etes des debiteurs & des cr  anciers, & qu'ils leur ordonnent de comparaître devant eux, pour leur exposer le véritable t  tat des affaires. Ensuite ils laissent les papiers & les effets du debiteur, ou bien ils laissent le tout dans sa maison, & ils y envoient deux Commissaires pour examiner les livres & faire un inventaire des biens, avec pouvoir d'accorder l'affaire,    la satisfaction mutuelle des deux parties. Si on trouve que le Debiteur a manqu   par des pertes impr  vu  es & par des accidens in  vitables, sans qu'il y ait contribu   en rien c'est l'ordinaire de proposer aux creanciers des conditions amiables & supportables pour le debiteur, & on lui laisse plusieurs fois la moiti   de son bien ou un tiers, ou m  me on engage les Creanciers    lui avancer une somme d'argent pour l'aider    relever son commerce,    condition qu'il s'obligera de son c  t      leur payer tout ce qu'il leur doit, quand il plaira    Dieu de le mettre en t  tat de le faire. Au contraire, si les Com-

(2) o (2)

Commissaires trouvent qu'un négociant s'est conduit en fripon, & qu'il a fait banqueroute dans le dessein de tromper ses créateurs, qu'ils découvrent par exemple qu'il a tenu des faux livres, ou qu'ils le surprennent avec des billets de Banque contrefaits, ou de prétendues commissions, alors ils en agissent avec beaucoup de sévérité, & non content de saisir ses livres & ses effets, ils le mettent en prison, & lui infligent des peines corporelles, jusque la-même qu'ils le condamnent à mort, si la banqueroute est accompagnée de circonstances odieuses. Mais si le Débiteur n'est que malheureux, les Commissaires emploient tout ce qu'ils ont de pouvoir pour forcer les Creanciers à accepter les conditions qu'il leur présente. En effet ce parti est le meilleur pour ceux, car s'ils en agissaient à la rigueur, & qu'ils missent le pauvre homme en prison, ils sont obligés de le nourrir & de l'entretenir selon sa qualité, & après qu'il y a été un certain temps, sans qu'ils puissent prouver qu'il a un fond suffisant, il est admis à prêter serment qu'il n'a pas quarante florins vaillant outre ses habits & les métiers de ses ouvriers, après quoi on le met en liberté. Mais il doit bien prendre garde de se parjurer, car alors il est puni sans miséricorde. Ces Commissaires au reste sont payez par le Souverain, & ne recoivent pas la moindre chose des débiteurs & des Créditeurs pour tout ce qu'ils font. Ils méritent toutes sortes d'éloges pour leur promptitude à rendre service à ces pauvres Marchands, qui après avoir mené une vie irréprochable, viennent à faillir par des pertes & disgraces qu'ils ne pouvoient prévoir. Lors que les débiteurs sont réduits à ne pouvoir, ni faire

paier leurs Cr anciers, ni maintenir leur famille, ces Commissaires poussent la bont  jusqu  prendre leurs en fans, & les envoier dans les H pitaux, & il arrive m me plusieurs fois qu'ils sollicitent les Bourgues-maitres en leur faveur, & qu'ils les prient de donner quelque emploi ´ ces malheureux. Sed hoc magis optandum, quam sperandum & potius inter pia desideria pertinet. Interim, quamdiu nimirum bi abusus non tolluntur & exstirpanter, prudenti creditori, qui debitorem suum bonis labi, & mox, ut antiqua voce utar, conturbaturum esse videt, omni ope in id enitendum est, ut, extra concursum suum repeatat atque consequatur. Atque h c quidem ratio fuit, cur tenues mee Muse vires huic tractationi impendere libuit, Quemadmodum vero in nullius odium, ita nec in meam gloriam aut vanae ostentationis causa scribo, sed mori ab antiquo laudabiliter recepto, speciminis uti vocant inauguralis academicci loco satisfacio. Tu interim B. L. si non omnia ex tripode Apollinis dicta fuerint, etati mee atque ingenii humani imbecillitati, que juxta l. 2. §. 14. C. de vet. jur. enucl. naturaliter inest, condonabis, qua spe fretus sine ulteriori mora rem aggredior ipsam.



CON-



MURIA
CONCLAVIA
CONTENTA
HIVVS
DISSERTATIONIS IN AVGVRALIS

CAPVT I.

- I. Concursus creditorum vox nova, res ipsa antiqua est.
- II. Concursus creditorum infamiam apud Romanos nunquam irrogavit, sed saltem levis notæ maculam; quæ omnia adhuc eadem sunt.
- III. Concursus creditorum describitur. Is etiam sine debitore communi & contradictere esse potest.
- IV. Concursus creditorum est vel universalis vel particularis. In effectu hoc interest, quod solutio vel pignoratio post concursum universalem facta ab omnibus creditoribus, post particularem ab his saltem, qui actionem instituerunt, revocari possit.
- V. Concursus universalis omnes lites etiam alibi pendentes, ad forum suum trahit, particularis litispendentiam non turbat.
- VI. In concursu creditorum, si de contractu ipso, e jusque foleinibus controvertatur, jura fori contractus, si de collocatione creditorum, jura fori concursus spectantur.

b

CA-

02) o (20.

CAPVT II.

DE

HIS, QVI JVRE DOMINII IN
CONCVRSV CREDITORVM
VENIVNT.

- I. Domini res suas ante concursum repetunt. Duo-
bus tamen casibus concursui immiscentur, pri-
mo, quando ipsorum dominium illiquidum est,
deinde, quando ipsi concursui ratione earum re-
rum obnoxii sunt.
- II. Commodans rem commodatam extra concursum
repetit. Tunc tamen, quum rem ad pignoran-
dum commodavit, pecuniam ad lutionem ne-
cessariam restituit, eamque deinde ex concursu
inter chirographarios repetit.
- III. Reservatio dominii in venditionibus usque ad
pretii solutionem iuri romano & moribus con-
venit.
- IV. Venditor dominium pacto sibi reservatum alii ce-
dere potest. Nec obest huic pacto, si dies cer-
tus solutioni præfigatur.
- V. Qui redditus unius alteriusve anni ex bonis debi-
toris ante concursum emunt, eos libere percipiunt,
nec concursui immiscentur. Idem jus
habent creditores, quibus fructus hi, re integra,
insolutum dati vel adsignati fuerunt.
- VI. Actiones, quibus feudum vindicatur, ad curiam
feudalem, non ad forum concursus pertinent,
ad quod tamen pertinet cognitio de actionibus
hypothecariis ratione feudi competentibus.

VII.

38) o (20

VII. Iure Hildesiensi liberi solemniter seperati in bonis
sibi a superstite patre vel matre adsignatis domi-
nium consequuntur, atque creditores omnes
postiores etiam privilegiatos excludunt.

CAPVT III.

DE

BENEFICIO SEPARATIONIS.

- I. Beneficium separationis locum habet, et si duorum,
pluriumve debitorum bona ita sint commixta,
ut ea accurate discerni impossibile sit.
- II. Accurata separatio non exigitur, sed res ex arb-
itrio & æquitate judicis pendet. In praxi here-
dis creditores plerumque plane excluduntur,
expensæ tamē concursus & tributa in princi-
pio collocantur.
- III. Lex nova vel privilegium, quibus creditor ali-
quis creditoribus omnibus anteponi jubetur, be-
neficium separationis non excludunt.
- IV. Beneficium separationis inter unius debitoris cre-
ditores locum non habet.
- V. In iis rebus, quæ unius creditoris ope ex fuga re-
tractæ & ab interitu servatæ fuerint, hic jure
separationis creditoribus reliquis præfertur.
- VI. Beneficium separationis, quod pragmatici in so-
ciis admittunt, ut excitato contra unum ex sociis
concursu creditorum, debita ratione societatis
contracta, debitiss, quæ extra eam facta sunt,
præferantur, in iure fundatum non est.

• 02) o (20.

CAPVT IV.

DE

CREDITORIBVS, QVI POST
FINITVM CONCVRSVM SVPER-
VENIVNT.

- I. Creditor, qui sibi in concursu creditorum perpetuum silentium imponi patitur, etiam actionem personalem contra debitorem ipsum amittit.
- II. Possessio pignoris creditoris possidenti in concursu contra alios crediteores, antiquorem hypothecam habentes, non prodest, liberat tamen eundem a poena praclusi.
- III. Creditor in concursu creditorum praclusus ex iusta caussa in integrum restituatur, non tamen contra eos crediteores, qui suum iam consequiti sunt.
- IV. Pupilli, minores, & qui iura eorum habent, in concursu creditorum praclusi, brevi manu in integrum restituuntur, refusis tamen expensis, quibus restitutio illa caussam dedit.
- V. Concursus creditorum & poena praclusi ad causas personalissimas, in quibus nempe de statu, de matrimonio, de operis locatis agitur, non pertinet.
- VI. Ius quoque debitoris personam ex cambio persequendi & arrestandi, moto concursu & per sententiam praclusivam haud perimitur.

CAP. I.



CAPVT I.

DE
CONCVRSV CREDITORVM
IN GENERE.

I.



Ova loquendi forma & priscis au-
ctoribus incognita est : CONCVR-
SVM CREDITORVM PATI,
res ipsa vero antiquissima, & a pri-
mis seculis ad nostra usque tem-
pora frequentata. Lactini auctores
varie hoc efferunt, & modo deco-
quere, modo non solvendo fieri,
modo foro cedere, modo bonis ce-
dere, dicunt. Itæ tamen voces
rem totam non exhaustiunt. Magis mihi placet verbum
conturbare, quo Cicero pro Plancio cap. 28. in hac ipsa fi-
gurazione uititur ; Fac, inquiens, me multis debere, & in
zis Plancio ; utrum igitur me conturbare oportet ? & Mar-
tialis

A

trialis in isto famoso epigrammate, 4. Lib. 9. quo ego adulatorium magis conditum unquam fuisse aut condi posse non credo:

Quantum jam superis, Cæsar, cæloque dedisti,
Si repetas & si creditor esse velis;
Grandis in ætherio licet auctio fiat olympos,
Coganturque dei vendere, quidquid habent:
Conturbabit Atlas, & non erit uncia tota,
Decidat tecum qua pater ipse decum,
Expectes & sustineas, Augusṭe, neceſſe eſt:
Nam tibi quod ſolbat, non habet area ſovis.

In quo epigrammate Cæsar quidem unicus creditor memoratur, sed plura deinde nomina, quibus cœlum ei obligatum fit, enumerantur. Adde l. 5. §. 9. de *Inſtitutor. act.* & l. 16. de *in rem verſo.* Subintelligunt communiter ſub hac voce rationes. Ego vero nomina ipsa & credita subintelligo, qua, dum foro cedit obſeratus debitor, eti rationes nunquam conſecerit, confunduntur & conturbantur. Ve- rum vox iſta conturbare, nunc fere ignota a pragmaticis vix intelligetur. Malumus igitur cum vulgo loqui, eti lubenter fateamur, nomen concursus creditorum in cor- pore juris non reperiri, niſi forſan huic trahas l. 7. §. 1. *Qui potiores in pignore,* ubi duo creditores in pignore concur- re dicuntur.

II.

Concursum vero creditorum pati, turpe apud Roma- nos fuisse, nemo eſt, qui ignorat. Notus eſt §. 1. I. *Qui & ex quibus cauſis manumittere,* ubi defunctus, cuius res he- reditarias creditores vendunt, injuria adſici dicitur. Ad quem & aliqui ex commentatoribus: *Hodie,* inquiunt, *ignominiosum hoc amplius non habetur.* At enim vero non eſt, ut hic diſcriben inter ius Romanum & uſum hodiernum conſtituantur. Omnia adhuc eadem ſunt, uti tunc fuerunt. Nempe iſta bonorum poffeffio & venditio infamiam

miam proprie dictam nunquam irrogavit, nec apud Romanos quidem, ut ex L. II. C. Ex quibus causis infamia, luctuenter paret. Saltem existimationi ejus, cuius bona sic veniebat, macula aliqua adspargebatur. Ea inter graves honestosque viros luctuosissima, atque si Ciceroni credimus, morte ipsa atrocior habebatur. Memorabilis est locus apud Ciceronem in Orat. pro Quintio cap. 15. Cuius bona venierunt; cuius non modo fortunæ, sed etiam virtus vestitusque necessarius sub præcone cum dedecore subiectus est: is non modo ex numero vivorum exturbatur, sed, se fieri potest, infra etiam mortuos mandatur. Etenim mors honesta siue vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. Ergo hercule, cuius bona ex edicto possidentur, hujus omnis fama, & existimatio cum bonis simul possidetur: de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite obscuraque conceditur, cui magistri sunt, & domini constituantur, qui, qua lege, & qua conditione pereat, pronunciant; de quo homine præconis vox prædicat, & pretium conficit, huic acerbissimum vivo videntique funus indicitur, si funus id habendum sit, quo non amici convenient ad exsequias cohonestandas, sed bonorum errores, ut carnifices ad reliquias viræ lacerandas & distringendas. Dirissima verba & diriora longe, quam veritas poscit. Mirifice ad hunc locum Grævius: Evidem, inquit, hæc sententia, si sic scripsit Cicerô, ut scripsisse videretur, Cicerone indigna est, que magis convenient declamatori inanes acuminiuum funus captanti, quam disertissimo Romuli nepotum. Quomodo enim mors honesta potest vitam exornare turpem, si vita turpis non relinquit locum honestæ morti, hoc est, si, qui turpiter vixit, nullo modo potest honeste mori? Nun turpis vivit, cuius bona possidentur ex edicto, quam qui in stupris, popinis, & aliis flagitiis etatem consumit? Si is potest honesta morte turpitudinem delere, cur non & cuius

A 2

bona

bona possidentur? Est sane hic inanis sententia, verborum
ſtreptus. *Talia nonnunquam excidisse Tullio, ſui quæ im-*
memori, veteres jam obſervarunt. Et proſecto, qui ali-
quot annis poſt Ciceronem ſcripſit, *Juvenalis in Satyra II*
homines ſuo tempore iſtam maculam æquo admodum ani-
mo tuliffe, teſtatur:

Cedere namque foro jam non eſt deterius, quam
Esquiliis a ferventi migrare ſuburra.

Ille dolor ſolus patriam fugientibus, illa
Mæſtitia eſt, caruiffè anno Circenſibus uno.

Sanguinis in facie non hæret gutta: morantur
Pauci ridiculum effugientem ex urbe pudorem.

Nihil cum moribus noſtriſ magis conuenit. Adhuc hodie
is, qui concurſum creditorum excitat & auctionem rerum
ſuarum patitur, in ignominiosam vitam, ut *Justinianus in*
Novel. 135. pr. loquitur, incidit, hoc eſt, pro homine inte-
gro, pro teſte omni exceptione majore non habetur, con-
tracturus fidem facile non invenit, ac nonnunquam digito
a plebecula monſtratur. Novi ipſe exemplum, ubi pater
inter cauſas, ob quas filia ſua nuptias facere volenti con-
fensum denegabat, hanc præcipuum in Confitorio allega-
bat, quod pater ſponsi concurſum creditorum paſſus ex-
iſtimationem ſuam graviter laſſifet. Iſta tamen macula ho-
mines a confortio aliorum, a conviviis, a muneribus etiam
publicis non arceſt.

III.

In definiendo concurſu creditorum laborarunt multi.
Plerique, quoſ & *B. Pater Excell. Dni Præſid. Guil. Leyſeruſ in*
disp. de concurſu & graduacione creditorum, cap. I. §. 1. fequitor,
concurſum creditorum definiunt: universale inter credito-
res & eorum debitorem communem coram ejusdem judice
competente institutum judicium. Qua definitio ſat bona
eſt, ſi modo auctor ejus verba: & eorum debitorem com-
munem;

• 2) 5 (20

munem; omisisset. Poterit quippe concursus creditorum esse, quamvis debitor communis diu ante vel morte abreptus vel fuga elapsus, nec alias constitutus sit, qui vice ejus creditoribus respondeat. Aliquot exempla mihi nota sunt, quibus creditores, mortuo vel absente debitore, consurrexerunt, nulloque constituto contradicte, quod id sumptuosum nimis esse viderent, ipsi inter se disputarunt, atque deinde a judice, ut par erat, collocati sunt. Igitur ego concursum creditorum simplicius cum Vlpiano in *L. 15. pr. de Rebus auctoritate judicis* describo, quando plures creditores in possessionem rerum debitoris mittuntur.

IV.

Ex quo tempore vero concursus creditorum initium sumat, questio est maximi momenti, sed etiam maxime controversa. Alii hoc initium ad cessionem bonorum referunt, atque sine hac concursum dici posse negant cum *Salgado de Soinoza in Labyrintho creditorum P. I. cap. 4. §. 1.* Verum cum haec cessio saepe omissatur, ad initium, quod omni concursui conveniat, querendum est. *B. Guil. Leyser. in dissert. supra memorata §. 2.* nec non *Dn. Berger in Oecon. Jur. p. 1181.* principium concursus esse dicunt vel debitoris vel creditorum pro formando concursu instantiam & petitionem. At nonnunquam judex concursum, et si nemo eum efflagitat, ex officio, siquidem opus esse videt, decernit. *Boenigke in Practica practicata cap. 38.* initium concursus creditorum in curatoris bonorum constitutione ponit. Sed curatore bonorum carere aliquando possunt creditores, qui vel debitori ipsi, vel uxori ejus, vel magistratu custodiā & administrationē bonorum permittunt. Simplicius *Gribnerus in Principiis processus judicarii lib. 2. cap. 9. §. 1.* Oritur inquit concursus creditorum, quoties plures creditores ab eodem debitore solutionem urgent. Denique plurimi cum *B. Ludovici in der Ein-*

A 3

Ein-

Einleitung zum *Concurs-Process* cap. I. §. 14. edictali creditorum citatione concursum inchoari ajunt. Quibus ego etiam accedo. Scilicet concursus creditorum judicium universale est, & universales producit effectus. Inducit nempe litispenditiam, trahit ad se caussas omnes, impedit solutionem vel oppignorationem imposterum, impedit exequutiones & arresta, operatur bonorum inter creditores communionem, &c. Necesse itaque est, ut actus universalis fundamenti loco ponatur. Is vero citatio esse debet, quippe quæ omnium iudiciorum fons & origo est. Ante istam citationem concursus creditorum existit etiam aliquando, dum scilicet plures solutionem vel a debitore vel ex bonis ejus in judicio flagitant. At ista cumulatio actionum universale judicium non erit, nec universales illos effectus, de quibus dixi, gigner. Quare & *Salgado loco alleg.* n. 31. & 32 negat, id judicium concursum creditorum vocari posse, sed ipse id litem creditorum appellat. Verum hæc subtilitas in logomachiam incidit. Nam ipse fatetur, hanc, quam vocat, litem creditorum, quod ad istos, qui confurrexerunt, creditores idem, quod universalis concursus ratione omnium operatur, operari.

V.

Inter præcipuos autem concursus creditorum effectus & hic est, quod per eum lites alibi pendentes ad forum concursus trahantur. Quia de re, et si legem claram non habeamus, habemus tamē generalem rationem legum, quæ caussas connexas, & quæ separari invicem sine confusione & dispendo nequeunt, conjunctim in uno judicio tractari jubent. Vide textus larga manu collectos a *Salgado in Labyrintho creditorum P. I. cap. 4. n. 15*, & inter hos præcipue *l. II. §. 1. de Iurisdictione* & *l. 8. §. 1. de liberali causa*. Nec necessarium esse puto, quod item *Salgado in sq. cap. 5*, atque ex eo *Ludovici in der Einleitung zum Concurs-Pro-*

Process cap. I. §. 4. suggerunt, ut judex concursus per inhibitionem & literas requisitoriales lites coram diversis iudicibus pendentes ad se trahat. Sufficit sola edictalis citatione ad omnes creditores directa. Hęc omnes confessim processus alios fistit, efficitque, ut, quidquid postea in aliis iudiciis actum fuit, nullum sit. Ex his tamen, quae dixi, pater, non per quemlibet concursum caussas alibi pendentes ad forum commune trahi, sed per universalem saltem, qui per edictalem citationem inchoatur. Particularis ergo, et si a maxima creditorum parte motus, litispendentiam non interrumpit, verum hi, qui alibi actiones instituerunt, eas ibi secure continuant; & omnia, quae pendente in alio iudicio concursu gesserunt, rata sunt, atque contra hos ipsos creditores, qui concursum particularem excitarunt, valent.

VI.

In collocatione creditorum jura fori concursus, non contractus spectanda esse, existimo. Cui thesi maxime obstat videtur, quod jura nostra & JCti generaliter in controversiis de contractu jura loci, in quo contractus celebratus fuit, spectari jubent, *l. 6. de Evictionibus*. Ego vero hoc in concursu creditorum haud nego, sed admitto facile, quod ad solemnia contractuum, & res ipsas in eos deductas. At ubi de collocatione creditorum inter se quaestio est, inextricabilis lis foret, si ad jura fori, in quo singuli contrarerunt, respiciendum esset. Quia enim hęc saepe contraria sunt invicem, judicem sibi ipsi in sententia subinde contradicere oporteret. Idem hic ergo faciendum, quod in appellatione, ubi judex superior secundum jura fori inferioris, a quo provocatum, judicare, sed quod ad formalia introducta appellationis jura sui iudicij observare jubetur. Qua de re vide *Martini Processum tit. 10. §. 6. b. 571. & Analecta forensia ad h. l. p. 460. seqq.*

CA-

DE

HIS, QVI JVRE DOMINII IN
CONCVRSV CREDITORVM
VENIVNT.

I.

NVnc ad specialia progredior. Ii, qui jure dominii res suas repetunt, ne sunt quidem creditores, atque adeo suum extra & ante concursum consequuntur, nec quidquam illis nomine sumptum in concursum factorum deduci potest, *L. I. C. de Privilegio fisci*. Duo tamen sunt casus, quibus concursui se immiscere, res suas administrationi curatoris bonorum relinquere, atque onera concursus cum ceteris agnoscere coguntur. Primus est, quando dominium, quod fibi adscribunt, illiquidum est, atque a creditoribus in dubium vocatur. Tunc enim rei vindicationem eos instituere oportet, quæ, ut omnes norunt, plurimas difficultates habet, & certe tantundem temporis, quantum alia creditorum actiones, desiderat. Peccaret itaque judex contra æquitatem & continentiam causarum adversus *L. 10. C. de Judiciis* si, quod uno eoque communi judicio terminari poterat, separatim disceptari, atque sic sumptus litis, qui in concursibus per se sat magni esse solent, duplicari permitteret. Nec injuria sit vindicanti per hoc, quod res ejus cum aliis debitoris rebus commixta curatori bonorum committuntur. Nam vindicans, antequam dominium suum probavit, seu ut *lex ult. C. de Rei vind. loquitur*, intentionem suam implevit, possessori rem auferre nequit. Possessoris vero vicem in concursu sustinet curator bonorum, qui & debitoris personam repræsentat. Per-

go

Pergo ad alterum casum. Is est, quando dominium vindicantis quidem liquido apparet, ille tamen concursui obligatus est, e.g. ex societate, quæ ei forsitan cum debitore intercessit, ex fidejussione pro eo olim suscepta, ex pignore, ob impensas in rem restituendam factas, vel ex alio debito, quod creditoribus in locum debitoris succendentibus jus retentionis legitime tribuit. Rem exemplo illustrabo. Ortus erat post mortem debitoris obsecrati concursus creditorum, atque magistratus de more bona sequestrarat, & custodiā eorum curatori commiserat. Sed uxor defuncti per curatorem intercedebat & dominam se eorum praediorum, quæ immixta concursui fuerant, prohibebat. Verum ex utroque, quod modo dixi, capite repulsam a Jctis Witembergensibus mense Septembri anni 1510CCXI. tulit: Es hat Intervenient wieder den Fortgang des über das Menzelische Vermögen erhobenen Concurses protestiert / und will, daß hierinnen durchgehends übel verfahren / und seine Principalin vor allen Dingen in die sequestrierte Güter restituiret und die creditores zu Anstellung besonderer Klagen gegen sie angewiesen werden müssen / behauptet. Seine fürnehmste Gründe bestehen darin / daß anfänglich der sequestrierte Bierhoff und Cram-Laden seiner Principalin Eigenthum und zu dem Vermögen ihres verstorbenen Mannes ganz nicht gehöre / hiernächst der Concurs nebst der Sequestration ohne / daß sie mit Beystand eines Curatoris darum gewilligt / oder sonst genügsame Ursache dazu vorhanden gewesen verstattet worden. Alldieneß aber die Gläubiger dem Intervenienten / daß der Bierhoff und Cram-Laden seiner Principalin eigentlich gehöre / keinesweges zugestehen/ folglich derselben / solches erst bey dem Concurse gebährend auszuführen/ oblieget/ überdies die Menzelin laut der fol. 100. seqq. beigelegten Documenten sich selbst mit in die gemeinschaftliche Handlung und Schuld-Sachen eingemischet/ also der entstandene Concurs zugleich sie und ihr eigenes Vermögen angehet/ hiernächst ein Concurs alsdenn/ wenn mehr

B

Gläu-

Gläubiger vorhanden / deren Forderungen liquid und aus des Schuldners Vermögen nicht bezahlt werden mögen / ganz wohl ohne einige andere Ursache auch wieder des debitoris oder seiner Erben Willen angestellt werden kan ; So haben wir / daß Intervenientens Suchen nicht statt habe/ erkannt.

II.

Inter eos, qui jure dominii præcipui veniunt, sine dubio comodantes sunt, arg. l. 8. & 9. *Commodati*. Sapere vero res debitori communi in eum finem commodantur, ut illas pro se pignori obliget. Evidem per hoc pactum commodans dominio suo non excidit , vide l. pen. C. de *commodato* , sed agere potest contra curatorem bonorum, ut res istas, si forte inter res debitoris exstant, sibi reddat. Attamen, quia pignoratio ipsius voluntate facta est, pecuniam ad lutionem pignoris necessariam suggestere tantisper debet, quam deinde inter ceteros creditores actione commodati repetit, l. 5. §. 12. *Commodati*.

III.

Inter eos , qui extra concursum jure dominii sua repetunt, venire etiam solent venditores, qui, dum rem debitori olim vendiderunt & tradiderunt , simul dominium sibi in ea reservarunt. Reservationem hanc dominii non ex jure Romano , sed ex moribus originem trahere , nec frequentatam apud Romanos fuisse, ait *Schilterus Exerc.* ad π. 30. §. 56. & 76. Et fateor lubenter, in iis, quas Schilterus ex jure Romano memorat, legibus, scilicet L. 33. *Locati*, L. 9. de *Servis exportandis*, L. 5. §. 17. de *Tributoria actione*, L. 3. C. de *pactis inter emptorem*, nihil de hoc pasto disponi. Sed agitur proposito de eo in L. 21. *Locati*, verbis : *convenit, ut, donec pecunia omnis persolveretur, certa mercede emptor fundum conductum haberet* ; & clarius adhuc in L. 1. C. de *Pactis inter emptorem* , verbis :

ea

*ea lege praedium vendidisti, ut, nisi intra certum tempus
preatum fuisset exsolutum, dominium ad te pertinerebat.* Per-
git quidem Schilterus, rationem juris Romani, quo tradi-
tione rerum venditarum dominium transferatur, non nu-
da possessio, §. 40. I. de Rerum divis. hoc pactum vix ad-
mittere. Ego vero, quid Schilterus hic velit, non intelli-
go. Falsum est aperte, sola traditione rerum venditarum
dominium ex jure Romano transferri, & refellitur clare in
§. 41. I. de Rerum divis. ubi, quamdui preatum solutum
non est, dominium transferri negatur. Naturalia tamen
haec pactis contrariis adjectis mutantur libere, & potest
quilibet, dum rem suam tradit, legem certam ei dicere.
Quamobrem pactum hoc dominii reservativum & in jure
Romano fundatum, & moribus corroboratum efficit, ut
vendor in concursu creditorum omnibus anteponatur.
Vide Hertii disquisitionem de Reservatione dominii vel hy-
pothecae in re vendita Seçt. I. §. 15. & quos ibi allegat, item
Ludovici in der Einleitung zum Concurs-Process Cap. 9. §. 3.
n. 7.

IV.

Pacti, quo vendor sibi dominium reservat, natura
nihil a ceterorum factorum natura discrepat. Est illud,
sicut regulariter alia pacta omnia, reale, non personale,
quamvis in certam personam directum sit, L. 7. §. 8. L. 40.
pr. de pactis. Igitur terio etiam cedi potest. Nec officit
huic pacto, quod vendor certum diem solutioni consti-
tuuit. Etsi enim sic fidem de pretio habuisse, atque confe-
stim dominium transtulisse dicatur in L. 19. de Contrab.
empt. contrarium tamen pacifici licet per L. 1. C. de Pactis
inter emptorem. Adde generalem Iustiniani regulam in L.
ult. C. eodem : *Quum vendor, vel alter alienator non alia
lege ius suum transferre passus est, nisi tali fretus conven-
zione : quomodo ferendum est, aliquam captionem ex varia*

12 (2)

pati eum interpretatione? Consentit Brunnemannus in Pro-
cessu concursus cap. 5. §. 7.

V.

Inter eos, qui iure dominii extra concursum sua con-
sequuntur, hi quoque ponendi sunt, qui redditus & fructus
ex bonis debitoris bona fide & citra fraudem creditorum
emerunt. Non loquor hic de illis annuis redditibus, qui
in perpetuum emuntur, atque revera nihil aliud, quam
muruum usurarium palliatum, sunt. Privilegium,
quod his alicubi tribuitur, ut in concursu creditoribus hy-
pothecam publicam etiam cum iure prælationis coniunctam
habentibus anterantur, enorme & iniquum est,
que nadmodum illustr. Dn. Praeses in Meditat. ad ff. Spe-
cimine CCLII. de annuis redditibus coroll. un. ostendit. Ago
hic de casu, quo quis, antequam de de futuro creditorum
concursu suspicio nasceretur, unius alteriusve anni redditus
vel fructus a debitore emit, vel, quod idem est, in solu-
tum accepit. Datio enim in solutum vel adsignatio vera
venditio est, L. 4. C. de Evictionibus, L. 15. Quibus ex cau-
sis in possessionem. Igitur isti fructus venditi vel adsignati
nequeunt ad corpus bonorum referri, quoniam per aliena-
tionem in patrimonio debitoris, priusquam concursus or-
iretur, esse desierunt. Emptor ergo eos extra controver-
siam percipit. Clara est lex 8. §. 1. de Rebus auctoritate ju-
dicis.

VI.

Porro etiam extra concursum hi collocandi sunt, qui
feudum a debitore communi possessum iure dominii sive
directi sive utilis vindicant. Hi, tantum abest, ut concur-
sui se immiscere cogantur, ut ne quidem forum concursus
se qui necessum habeant. Caussæ enim feudales omnes pe-
cularem suum iudicem habent, cuius cognitioni subtrahi
non debent, 2. F. 55. in fin. Verumtamen hoc ad debita
feu-

feudalia, pro quibus scilicet feendum pignori obligatum est, haud pertinet. Quum enim ut in cap. I. dixi, forum concursus ad le omnes lites trahat, trahit ad se etiam actiones, quae creditoribus ratione feudi competunt. Nec obstat, quod haec reales sint. Nam nec reales actiones a foro concursus exemptae sunt. Tractatur quippe concursus creditorum plerumque in foro domicili. Atque in foro domicili actiones reales recte instituuntur, arg. L. 19. §. 4. de *Iudiciis*. Instas porro, caussas tamen feudales, inter quas & hypothecaria referantur, privilegiato foro gaudere. Non nego. Verum forum concursus caussas etiam privilegiatum forum habentes ad se trahit. Quae cum ita sint, si quidem contra vasallum in foro domicili concursus creditorum exercetur, curia feudalis cognitionem de debitis feudalibus sibi vindicare nequit, arg. L. 1. & 2. de *quibus rebus ad eundem judicem*, L. 10. C. de *Judiciis*, Mevius P. 5. Decis. 124. Rivinus in *Enunciato juris* 115. tit. 51.

VII.

Hic vero non possum, quin singulare aliquod jus Hildesienium commemorem. Frequens est inter illos, ut parentes utriusque sexus, si ad secunda vota transeant, liberis suis portionem statutariam bonorum adsignent, quam hi futurae hereditatis loco habeant, atque ea contenti post mortem parentum nihil amplius possent. Anomalon hoc est sine dubio, quum viventis nulla sit hereditas. Ergo, si jus commune spectes, liberi hujusmodi, quibus vivi parentes quid ex bonis suis addixerunt futurae hereditatis nomine, post omnes creditores collocantur, quia hereditas non intelligitur, nisi deducto are alieno, L. ult. §. 4. C. de *Bonis, que liberis*, L. 39. §. 1. de *Verborum significat*. At apud nos Hildesia fucus est. Ibi liberi per adsignationem istiusmodi solemnem dominium in bonis sibi adsignatis consequuntur, atque adeo ratione hujus partis adsignatae quasi

quasi extra concursum sunt. Illud tamen per se patet, liberos ad ea debita, pro quibus bona adsignata ante adsignationem obligata fuerunt, solvenda teneri, quum onus rei inhærens cum ipsa re ad novum dominum transeat. Vide *Resolut. Senat. Hildes. de dato 14. Aug. 1648.* quæ resolutio etiam in der Städz Hildesh. Gerichts-Ordnung p. 72. confirmata est: Wann nun die Eltern ihre Kinder von väter- und mütterlichen Gütern ablegen wollen, das muss vor uns dem Rath geschehen, und denen Vormündern ein offener Rath-Ablags-Brief darüber verwilligkührer werden, sonst ist es unbindend und wird den Kindern erster Ehe zu ihrer legitima statutaria, aler dawieder aufgerichteter Ehe und anderer Parten ohnbehindert verholfen, die ihnen dann auch ohnbeschwehret bleiben muss, und seynd abgelegte Kinder ihrer Eltern Schulden, die sie in anderer Ehe gemachet, zu bezahlen ohnverbunden, sondern werden allen creditoribus posterioribus preferirer. Et hoc dominium liberis per adsignationem quicquid, ipsi etiam noveret dotem suam repetenti nocet. Quamvis enim illa mariti sui seu patris liberorum separatorum hereditatem repudiet, quod facere ipsi licet per declarationem *Senatus Hildesensis wegen der Wittwen*, die ihrer Männer Erbschaffte sich begeben *de dato 25. Aug. 1684.* & ad privilegium dotis, quo aliis creditoribus præfertur §. 29. I. de Act. provocet, liberis tamen separatis parrem adsignatam relinquere necessum habet.

CAPVT III.

DE

BENEFICIO SEPARATIONIS.

I.

Commixtio duorum patrimoniorum, & quidem talis, quæ impossibilem separationem efficit, contingit saepe, et si Ulpianus in *L. 1. §. 12. de Separationibus* hoc raro fieri

fieri posse putet. Exempla quotidie, obveniunt, quorum aliqua *Excellentiss. Dn. Praes in dissertatione de Commixtione* edita, recensuit. Sed tunc nihil dictum de ea commixtione, quam compilatores digestorum in tit. de *Separationibus* exponunt, quando scilicet debitor obératus alii, qui eriam multum debebat, sed tamen solvendo adhuc erat, defuncto ut heres succedit. Tum vero creditoribus defuncti, ne creditoribus heredis pernixiti damnum patiantur, permittitur, separationem bonorum, atque, ut sibi ante omnia ex defuncti patrimonio satisfiat, flagitare. Ea separatio multas saepe difficultates habet, maxime si plura, quam duo, patrimonia sint commixta. Nam & hoc aliquando usū venit, ut heredi obérato moreuo aliis item obératus heres existat, atque ita diversorum debitorum crediores invicem concurrant, & disjungi cupiant. Si liquido constat, quantum quisque debitor habuerit, res dubium non habet. Sed id fere nunquam contingit. Nam quamvis prædia facile discerni queant, in rebus mobilibus tamen secus est, quas plerumque heres suis rebus sic admisceret, ut post aliquod intervallum ipsi, magis ergo judici, si heres forte aufugerit, vel obierit, easdem distinguere impossibile fit. Neque vero propterea de Separatione desperandum est prorsus. Ut enim ad amissim omnia exigantur, cordatus nemo desiderabit. Non judicis hoc, sed harrioli & conjectoris foret.

II.

Quid faciendum vero, si certo non apparet, quæ res defuncti fuerint, atque tamen creditores separationem urgunt? Faciendum id, quod Justinianus in §. 28. I. de Rerum divisi. præcipit. Aëstimare scilicet judicem ex æquo & bono oportet, qualia cujusque bona fuerint. Si ex verisimilibus argumentis liquet, patrimonium defuncti sufficiere ejus creditoribus, sed partem ab herede consumtam, reliquam

quam parteni rebus heredis admixtam accurate nunc discerni non posse, separatio sic facienda est, ut primo omnium loco expensæ concursus universæ, tanquam in communem utilitatem erogatae, cum tributis, quorum indemnitatii secundum L. 2. C. si proper publicas penstinationes, omnibus modis confundendum est, quasi extra concursum collocentur, deinde omnes defuncti creditores, etiam chirographarii, postea primi heredis creditores, tum tertii heredis creditores & sic porro ponantur. Non diffitebor tamen, per hanc dispositionem parum aut nihil ad creditores heredis pervenire, atque integrum patrimonium a defuncti creditoribus absorberi, arg. l. 18. ff. qui pot. in pign. l. 9. §. ult. ff. de pacf. Carpz. in Jurispr. for. p. 1. Conf. 28. def. 166. Hahn in Wesembec. sub tit. de Separat. bonor. n. 3.

III.

Videmus sape etiam, principes pro ea, qua possent auctoritate, leges novas condere, aut etiam privilegia dare, quibus creditores aliquos ceteris creditoribus omnibus in concursu anteponunt. Viginti circiter anni sunt, ex quo Rex Poloniae, postquam Sueci ex Saxonia electorali decessissent, & al'enum omne, quod ad pendenda illis tributa conflatum fuerat, reliquis debitis omnibus ante tulit. Vide Bergeri Oeconomiam iuris pag. 1185. n. 4. & Bodini Jcti quondam Hallensis dissert. de privilegio crediti in rem Suecicam erogati in foro Saxonico. Condidit etiam ante aliquot annos Rex Prussiae legem, qua fiscum suum in concursu creditoribus omnibus, quaecunque etiam privilegium habeant, anteponit. Duriuscula ea lex videtur, sed tamen ita scripta est. Nec eludi facile potest, quum clara ejusdem verba dubium non relinquant. Beneficium tamen separationis per hujusmodi leges & privilegia non excludi, credo. Nam per illud duo diversa patrimonia consti-

17 (20)

constituantur, atque duo distincti concursus oriuntur.
Accedit natura jurium singularium & exorbitantium, quæ,
quantum fieri commode potest, restringi oportet *L. 14.*
15. 16. de Legibus.

IV.

Sed cave tamen beneficium separationis illis tribua,
qui ejusdem debitoris creditores sunt. Tentatur hoc non-
nunquam ab aliquibus, e. g. a liberis bona materna av-
taque repetentibus, ab iis, qui in funus & refectionem æ-
diuii crediderunt. Sed frustra. Beneficium separationis
enim saltem inter creditores duorum debitorum, quorum
alter alteri heres exstitit, locum habet, *L. 1. §. 1. de sépa-*
rat. Brunnemann. de concursu creditor. cap. 5. §. 12.

V.

Antequam hoc argumentum de beneficio separatio-
nis omitto, commemoranda mihi est constitutio *legis 10.*
§. 16. Quæ in fraudem cred. optima & æquissima, quæ
quodammodo hue trahi potest. In ea scilicet is creditor,
ceteris omnibus anteponitur, qui fugient & res suas se-
cum ferenti debitori has abstulit. Conficitur inde regula:
In iis rebus, quæ unius creditoris ope ab interitu servata-
fuerunt, hic, qui illas servavit, ceteris omnibus antepo-
nitur. Eam regulam adhuc in usu esse, exemplo, quod
ipse olim in academia quadam vidi, comprobabo. Stu-
diosus quidam obæratus reculas suas clam exportarat, & in
amicis ædibus absconderat. Odoratur hoc quidam ex chi-
rographariis, cui in concurso nihil sperandum erat, inve-
stigat res occultatas, in lucem protrahit, atque in judicium
defert. Re comperta, confluent ceteri creditores, lau-
dant sedulitatem confortis sui, ipsum tamen ad infimum

C locum

locum detrudere, hoc est excludere, conantur. In primis
hosipes, qui conclave fugitivo locarat, ius pignoris urget.
At Senatus Academicus res servatas ei, qui illas servarunt,
addixit.

VI.

Dicam etiam patens de eo separationis genere, quod
Carpzovius in Decisione 54. memorat. Ait scilicet, uno
ex sociis haud solvendo existente, in concursu credito-
rum debita ratione societas contracta, gaudere proroga-
tiva pra' aliis, que extra societatem sunt facta. Finge agi-
tur, societatem inter duos suisse contractam, unum vero
ex sociis a diversis creditoribus pecuniam mutuo accep-
tam in propriam utilitatem extra caussam societatis ver-
tisse: defuncto eo, multos concurrere credidores debita
reperentes; annon socius, vel ejus nomine credidores so-
cietas præferendi erunt aliis, qui cum defuncto extra
caussam societas contraxerunt? Affirmant hoc Carpzo-
vius, & multi alii, quos ille nominat, auctores. Leges
quoque & argumenta legis larga manu adspergunt, inter
quæ tamen nihil est, quod mihi satisfaciat. Vrgent pri-
mo, communionem, & quod æ alienum manente so-
ciate contractum de communi solvendum fit, l. 27. pro so-
cio. Verum hoc est, sed quid ad nos? Illa communio debi-
tis ante vel extra societatem contractis, sæpe hypotheca
publica, aliquando jure prælationis munitis, nocere non
debet. Ajunt deinde, socios jus tacita hypothecæ in bo-
nis socii habere. Fallum hoc est. Sed si verum esset, num
properea alii credidores parem vel fortioriem hypothecam
habentes excludentur? Dicunt porro, socios fratres esse,
l. 63. pr. Pro socio, fratres vero credidores extraneis credi-
toribus anteponi. Fallum hoc iterum. Fratres & consan-
guinei in concursu ipso aliis non præferuntur, præferun-
tur

tur saltem in emptione rerum debitoris, quæ publice venunt, *I. 16. de Rebus auctoritate judicis.* Denique maximum, quod alias in alterum focium redundaturum sit, damnum describunt. Ipse hoc agnosco. Verum cur init societatem, aut, cur, quum iniaret, sibi pacto non melius prospexit? Quæ cum ita sint, beneficium hoc separacionis, quod in bonis socii admittunt doctores, in lege fundamentum nullum habere puto.

CAPVT IV.

DE

CREDITORIBVS, QVI POST FINITVM CONCVRSVM SVPER- VENIVNT.

I.

Ingens est inter ICtos lis, an creditor, qui motum concussum & propositam publice citationem scivit, nomen tamen suum inter ceteros credidores non profesus, sed perpetuum silentium sibi imponi passus est, actionem suam contra debitorem ipsum salvam retineat. **A**equalis est fere aientium negantiumque numerus, ut ex *Salgado de Samoza Labyrintho creditorum P. I. c. 8. n. 15. seqq.* videtur licet. Vna etiam est lex, ad quam utraque pars provocat, scilicet *6. C. de Remissione pignoris*, ubi credidores, qui eo tempore, quo praedium distrahitur, programmata admoniti jus suum non exsequuntur, pignoris obligationem amittere dicuntur. Qui ergo creditorem non comparentem prorsus non excludunt, hanc legem allegant; qui admittunt adhuc, ejusdem legis argumento.

utuntur, dicuntque, perempta licet obligatione pignoris, obligacionem tamen personalem superesse L. 3. ff. de Pactis. Ego vero cum his sentio, qui creditorem in concursu generaliter præclusum actiones omnes, etiam personales, amittere dicunt. Namque concursus in locum debitoris subintrat, ac personam ejus repræsentat, ut adeo, qui jus suum omne in concursu amisit, nihil quoque juris adversus debitorem retineat. Mev. Part. I. Dec. 258. & Part. III. Dec. 48. De cetero non displicer mihi temperamentum Strykii, qui in notis ad Brunnenmani *Præelectiones de Concursu Creditor.* cap. 3. §. II. verbis : *Præclusiva lata interesse dicit, utrum generaliter iudicatum sit ; Dass die Creditores, so sich nicht gemeldet / ihrer Ansprüche gänzlich verlustig ; an-vero ; Dass sie von diesen concurse gänzlich abzuweisen ; atque hoc ultimo casu actionem personalem remanere dicit.*

II.

Iure Romano inter hypothecam simplici conventione constitutam & pignus, cuius possesso in creditorem transferatur, quodque Germani *ein handhabend Pfand* vocant, nihil præter nominis solum interesset, Marcianus in L. V. §. I. de Pignoribus ait. Scilicet traditio creditoris ius potius non tribuit, sed antiquitas temporis Nam creditor, cui hypotheca saltem per conventionem constituta est, creditori, cui res eadem postea obligata atque simul tradita fuit, ita præfertur, ut ab hoc eam actione hypothecaria vindicare possit, L. 12. qui potiores in pignore. Turbat hæc res aliquantulum securitatem finemque publicam, & efficit, ut in angustiis rei pecuniariae constituti, oblatis licet pignori, rebus pretiosissimis, tamen difficilius, creditorem, qui ipsis subveniat, repellant, metuente unoquoque, ne res, qua offeruntur,

tur, ante iam hypothecæ vinculo innexæ, aliquando ab antiquiore creditore vindicentur. Veteres igitur Germani, priusquam leges Romanas reciperent, conventionales hypothecas ignorarunt prorsus, atque ei tantum, cui res simul tradita fuerat, jus tribuerunt. Quod postea, introductis romanis legibus, mutatum atque hypotheca cum pignore exæquata fuit. Animadverterunt tamen incommodum, quod hinc nasceretur, *Lubecenses*, atque in Part. III. Iuris sui tit. 4. art. 5., pignus, ein handhabend Pfand / et si tempore posterius, hypotheca anteriori prætulerunt, ac constituerunt, ut, qui pignus tenent, contra alios securus sit. Idem in statutis Hamburgensis Part. II. tit. 4. art. 2. sancitum. At in aliis locis ius Romanum viget, ut etiam in concursu creditorum posteriores, qui pignus possident, id cum fructibus post motum concursum perceptis ad constituendum corpus bonorum exhibere cogantur. Qua de re fatis dictum ab Excellent. Dn. PRÆSIDE in Specimine CCXXXI. ad ff. de prioritate temporis in pignoribus medit. 2. Hactenus igitur possessio pignoris creditori possident non prodest, prodest tamen alia ratione, ut nempe cum a poena præclusi liberet. Solent videlicet possessores pignorum, quando concursus creditorum contra debitorem, a quo caussam habent, excitatur, taciti possessioni sua incubare, nec vel edictalem citationem, vel comminacionem præclusionis, vel sententiam præclusivam ipsam curare. Nec expurgiscuntur prius, quam ipse curator litis aut bonorum dormitantes excitat, arque, ut pignora sua in judicium deferant, interpellat. Tunc demum, amissa possessione, sese inter creditores recipi flagitant. Opponit quidem curator præclusionem factam, & negat, illos porro audiendos esse. Ego tamen, illis hanc præclusionem nocere, haud puto. Namque edictalis citatio, quæ in principio concursus decerni solet, eos solos

obligat, qui ipsi agere & jus suum persequi volunt, non eos, contra quos nomine concursus actio instituenda est. Hi libellum & peculiarem citationem securi exspectant, neque exceptions, quas habent taciturnitate amittunt. Ex horum numero sunt creditores possidentes. Hi, quamdiu pignus tenent, actionem hypothecariam non habent. Frustra igitur & ridicule nomina inter creditores profiterentur. Sed, si ipsi deinde rei vindicatione conveniuntur, tunc exceptionem pignoris opponunt, quam ante institutam contra ipsos actionem objicere nulla ratione potuissent. Vide L. 15. §. 5. de Re judicata. Adde Mevium Part. VII. Dec. 250.

III.

Sæpe post sententiam, quam vocant, præclusivam, in concursu creditorum latam, ii, qui præclusi fuerunt, restitucionem in integrum petunt, variasque, ex quibus alias restitutio in integrum indulgetur, causas, ut absentiam, militiam, ignorantiam invincibilem, minorem ætatem, allegant. Et puto, audiendos esse, quoniam jura nostra restitucionem in integrum generaliter adversus rem iudicatam indulgent, L. 30. §. 1. *Ex quibus causis majores, cap. 5. X. de in integrum restit.* Vide pluribus Martini in *analectis forensibus* tit. 41. §. 1. n. 45. Attamen hoc non aliter admitto, quam re adhuc integra, id est, quamdiu hi creditores, quos res judicata aliis prætulit, suum nondum consequuti sunt. Nam postquam iis solutio facta, actio omnis contra eos deficit. Recte Paulus in LL. 44. de *Conditione indebiti*: *Repetito*, ait, *nulla est ab eo, qui suum recepit*. Accedit argumentum legis 1. §. 12. de *Separationibus*, ubi confusis bonis & unitis, separatio & restitutio denegatur,

IV.

IV.

Aliquando is , qui tardius & post latam jam sententiam præclusivam ad concursum venit , nullam quidem justam exculcationem negligentia sua adferre potest , sed tamen ob qualitatem conditionemque suam lege ipsa exculfatur . Tales sunt pupilli , minores , fiscus , civitates , collegia , ecclesia & pia corpora , quibus restitucionem in integrum contra sententiam præclusivam expresse indulgent c. 3. & 7. X. de in integrum restituzione . Atque tunc longa lite opus non est , sed potest iudex brevi manu , ut loquimur , istiusmodi personam tardius venientem ac ne quidem restitucionem petentem tamen in integrum restituere . Illud vero addo : eum , qui sic in integrum restituitur , indemnes eos , adverlus quos restituitur , eatenus servare debere , ut sumpitus , quibus per hoc , quod justo tempore non venit , caussam dedit , de suo ferat . Vide celeberr . Dni PRÆSIDIS specimen ad ff. LVII. de in integrum restitucionibus , med. 3.

V.

Quantumvis vero concursus creditorum , ut dixi , univerfalis fit , cauſasque omnes ad se trahat , istas tamen obligationes , quaꝝ magis personam , quam bona debitoris , aut illam primario , hæc ſecundario adſciunt , non complectitur . Itaque nec comminatio perpetui fiſtentii , nec poena præclusi ſententiaz inſerta ad hos pertinet , qui in ipſam debitoris personam jus habent . Exempli loco cauſe præjudiciales , ut de partu agnoscendo , item matrimoniales , funto . Sic quoque debitor obæratus , qui operas suas alicui locavit , ad has præstandas extra concursum recte convenitur . Aliud ex-

em-

emplum in caussis cambialibus occurrit. Sed de eo peculariter agendum est.

VI.

In tanta scilicet concursuum, qui a creditoribus contra debitores obvatos quotidie excitantur, frequentia, haec quæstio subinde movetur, utrum creditor cambialis communem debitorem extra concursum cambialiter persequi possit? Quam quæstionem solide excussum neesse esse video, ut duos ab invicem casus distinguam. Scilicet vel creditor nomen jam suum in ipso concursu inter ceteros creditores profestus est, atque Silva actione sua in concursum deducta, præterea id, quod sibi debetur, cambiali iudicio debitori communi extorquere vult; vel creditor is in concursu ipso tacet, atque se ibidem præcludi patitur, sed tamen separatim contra debitorem secundum juris cambialis rigorem agit. Vtrobique diversa dubia diversaque decidendi rationes occurunt. Itaque singulos casus singulatim considerabo. In primo casu aientem sententiam, quod nempe creditori cambiali liceat, nomen suum in concursu profiteri, & simul extra concursum cambialiter agere, amplector. Rationes, quæ me, ut sic sentiam, movent, haec sunt. Primo nemo juri suo renunciasset præsumitur, igitur nec creditor cambialis privilegio cambii, tametsi ordinariam viam cum ceteris creditoribus ingressus sit. Deinde, qui duo remedia habet jus suum persequendi, si unum elegit, ad alterum progrexi potest, arg. l. 8. ut in possess. legat. L. 28. C. de Fidejuss. L. 2. C. de Execut. Et hoc est, quod DD. dicunt, in executivis variare permisum. Vide Colerum de Processu Execut. P. 1. c. 8. n. 44. Carpzovium lib. 4. Resp. 30. n. 14. & Menckenium ad tit. 51. Ord. Proc. Sax. §. 37. Accedit argumentum ab arresti realis impositione, quam etsi impetravit creditor,

ditor, potest tamen præterea jure cambii etiam arrestum personale petere. Adde Ludovici Einleitung zum Wechsel-Proceß cap. 2. §. 16. Objicitur mihi forsitan regula, quam Hoppius aliquis ex §. 16. I. de Obligationibus, quæ ex delicto, eliciunt: In concursu actionum electivo, semel facta electione, non licet mutare voluntatem. Verum huic regulæ tunc saltem locum relinquo, quum lex ipsa facultatem eligendi tam arctis limitibus circumscribit, quod in isto §. 16. fit. Alias enim jus poenitendi & variandi salvum est, quemadmodum supra ostendi. Nec obstat porro, quod concursus ipsam debitoris personam suffineat, arg. L. 31. §. 1. de hered. inst. bis autem adversus eandem personam ex eadem causa experiri non liceat. Ista enim figura debitoris per concursum repræsentatio rei veritatem, qua debitor naturalis persona extra concursum manet, non tollit. Pergo ad alterum casum, quo creditor cambialis, neglecto concursu, quem alii excitarunt, personam debitoris jure cambiali persequitur. Hoc quoque eidem permitto, quum iura id nullibi vetent. Video tamen, plura mihi hic objectum iri. Dicent primum dissentientes, concursum creditorum judicium univ ersale esse, quod omnes lites contra debitorem in diversis judiciis motas ad se trahat, L. 1. & 2. de quibus rebus ad eundem judicem eatur, L. 10. C. de Judiciis. Urgebunt auctoritatem JCtorum celeberrimorum, Mevii P. 5. dec. 124. Rivini enum. juris 15. tit. 41. aliorumque, qui, moto concursu universali, exactiones particulares cessare debere, omnesque creditores ad forum concursus remittendos esse, uno ore adfirmant. Opponent mihi porro L. 7. §. 19. L. 8. L. 9. L. 10. pr. de Paetis, quibus majoris creditorum partis placita etiam ceteros dissentientes obligare dicuntur. Tandem effectum sententiæ præclusivæ huc trahent, putabuntque, eam tanquam generalem creditoribus etiam

D

cam-

cambialibus obstante. Verum enim vero corruent ista argumenta omnia largiendo, quod creditor hujusmodi cambialis, qui in concursu nomen suum non professus, sed le præcludi passus est, nullum utique jus in bona debitoris concursui obnoxia habeat, nec ex iis quidquam creditoribus, qui concursum peregerunt, praripere possit. At ab hoc jure in bona, diversissimum est jus in personam, quod, sublato illo, confestim non tollitur, sed salvum manet. Pendet hoc ius in personam ex jure singulari & privilegio cambii, nec sine facto creditoris ei auferri potest. Ais forsan inane, fore hoc jus, si bona a persona penitus separet. Sed norunt hi, qui in foro versantur, arrestationem debitoris extra concursum non semper vanam esse, sed hoc sepe operari, ut debitor a carcere se liberaturus bona quædam latitantia indicet proferatque, vel opem amicorum & consanguineorum imploret, atque ab his adjutus arrestantibus satisfaciat.

FINIS.



ULB Halle
005 826 144

3



WDR

Farbkarte #13

B.I.G.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

INAUGURALIS JVRIDICA
DE
DITORIBVS
CVRSVI
DITORVM
NON
ASCENDIS
QVAM,
JVVANTE GRATIA
PRÆSIDIO
ENTISSIMI VIRI
INI LEYSERI
SVICENSIBVS ET LVNE-
SILARI, IN TRIBVNALI
ADSESSORIS, IN ACADEMIA JULIA
JVRECONSULTI
LEGIIS DOCTORIS
INSEQVENDIS
CORVM EXAMINI SVBMITTIT
CH. HOFMEISTER
ILDESIENSIS
R RESPONSVRVS
DECEMBR. MDCCXXVIII.
RA LOCOQUE SOLITIS
LEO MAJORI.
HELMSTADII,
RICI SCHNORRII, ACAD. TYPOGR.